





# DECANUS SENIOR ET COLLEGIUM FACULTATIS THEO- logicae in Acad. Lipsiensis.



**H**inc cetera eximia Dei beneficia & dona, quibus **JESUS CHRISTUS** Episcopus animarum nostrarum, die gloriosa sua ascensionis in caelum, Ecclesiam suam exornavit, haud posse revocari est, quod dona à Deo Patre accepta inter homines distribuit, alios consentiendo Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, alios Doctores ad coagmentationem sanctiorum, ad opus ministerij, ad edificationem corporis sui, Ephes. 4. 11. 12. Neg, enim Dominus Ecclesia sua carum aliecit, & in caelum assumptus caelestia tantum curat: Sed memor sanctae promissionis suae: Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem saeculi. **Matth. 28. 20.** & ipse praesentissimè, inossibiliter tamen notus adeit, & per ministrum Verbi & Sacramentorum visibiliter nobiscum agit, donec in rivum perfectum, ad mensuram statuta ipsius plenissimè evadant. **E**st verò, srem accuratius expendimus, metos, nec tanta donorum & ministrorum varietas, qualis in primitiva Apostolorum Ecclesia conspiciebatur, hodie inter nos deprchenditur: Pastorum tamen & Doctorum ordo semper in Ecclesia Dei remansit, Pastores Parochos dicimus, qui Ecclesia concionando, Sacramenta administrando, & sancta quadam disciplina regendo inserviunt. Doctores in primitiva Ecclesia vocabantur, in hanc curam incumbentes, ut <sup>in universis</sup> sanctorum verborum prescriberent, fundamta doctrinae ex scripturis eruere, pastoribus, imitanda proponerent. Hodie Professores Academiarum Doctores merito salutis animi qui capita doctrinae Christianae ex libris Prophetis & Apostolicis certa forma tradunt, commentariis nihil ibiulant, & Disputationibus accuratis confirmant. Non raro autem evenire solet, ut unus & idem propter egregias animi dotes, & Disputationibus munerè in Ecclesia fungatur: ad neutrum tamè sine legitima vocatione, & publico testimonio eorū, quibus ab Ecclesia id demoratum, prorandum est. Quid enim quantumq; momenti in eos sum sit, ut saltem legitima vocatione & publico testimonio honorum gaudat, exemplum incomparabile Doctores B. Martini Lutheri (satis superq; illustre, monstrat, ut imitatio huius Reformationis exoptatissima sit, cuius annum primum secularem Ecclesia Christi magno cum gaudio & exultatione Spiritus sancti, famore Andrea Bodenstein Carolostadio, ad diem **XIIX. Octobris S. Theologiae Doctor publicè rennuciatus fuit, promissurum** obstrictus, ne vanas, peregrinas doctrinas, ab Ecclesia damnatas, & piarum aurium offensivas dogmatizare. Huius sponsionem dum satisfacere videtur, & scripturam <sup>in nocturna diurnaq;</sup> manu veritas, tenet at & errores regni Pontificij adverteit, detegit, & religionem multis modis obscuratam pristino nitore restituit. Fatur hoc ipsum & ad Doctoratum suum masculè provocat in responso ad edictum Imperatoris Anno 1531. sic scribens: Ego Doctor Martinus ad id sum vocatus, & coactus, ut gradum Doctoratus assumerem, ubi in sacrosanctam scripturam iuravi & promisi, quod eam fideliter & purè sim doctorus, quod dum facio Papatui mihi inopinanti resistere cepit, & c. Et (super **Psalm 82. Anno 1530. Tom. 5. Jen. Germ. fol. 157.** Quicquid incepti, ex potestate Pontificis & Imperatoris Doctor Ordinarium & legitime vocatus, oportet me usq; ad extremum vita halitum fateri, neq; jam tacere possim, quantum vis vellem, &c. **Qua animosa Megalanderi Lutheri ad Doctoratum provocatio, quem etiam toto modo cariorum estimavit, anteqm occasione praeberet Reverendis & Clarissimis viris Dn. L. JOHANNI SCHREITERO & Annae bergensi, Episcopo ac Misnensi VVurizensi Superintendenti, Dn. L. ANTONIO THORNERO VVestsensensi, Ecclesia cui loci Pastori & Superintendenti, Dn. L. HENRICO HOPFNERO Lipsiensi, S. Theologiae in hac Acad. Professori publicè respondit, ut in ipsa Jubilii Evangelistici scripturae Academia honorum in Theologia immoritur, gradum Doctoratus vocant, collationem à nobis peterent, eorū facilius imperarent. Cum enim antea haec pauci nisi multa dicamus) deprehensivissint, ea exposita doctrina praesentia, ea animi pietate, & totius vitae integritate valere, qua in Doctore & Pastore Ecclesiae requiruntur, non solum ad officia in Academia & Ecclesiae summae gerimè vocati, sed etiam ad gradus honoris Academicorum petendos facile admitti, supervenire verò licentia sine potestas assumendi in Theologia gradum Doctoralem illis benè concessa fuit. Et quia, Apostoloteste, legitime certanti corona debetur, Viri huius in militia Christi probe exercitati honores honestè petitos, & iuste à nobis decretos, sub auspicio SS. Triados, ad diem **VI. Novembris, solenni & recepto more conferemus. Ad cuius actus solemnitatem omnium ordinum Cives Academicos, Procures cumprimis, Professores & Collegas nostros honorandos per amantèr & officiosè invitamus: majorè in modum rogantes, ut ad praedictum diem Hora VI. in templo edis Pauline compareant, & non solum pro fidelit. Doctores Martini Lutheri ministerio devotè agant Deo gratias, sed & pro feliciorum in Doctoratus successorū incremento supplicent, ac preces suas cum votis nostris pro salute Ecclesiae. pro prioris caelestis doctrinae ante saeculū feliciter restituta conversatione & tranquillitate Academiae nostrae, magna cum devotione coniungant. Declarabunt hac ratione egregiam in Ecclesiam pietatem, praedarum erga Collegium nostrum affectum, singularem erga a Doctorandos favorem, & similia officiorum genera nunquam non à nobis expectabunt. P. P. d. a. Mensis Novembris, Anno repurgatae doctrinae Evangelicae centesimo primo, qui est ab incarnato Verbo **MC. DC. XVI. II.******

L I P S I Æ, Typis Lambergianis, excudebat Johann Götlic.

73  
DECANUS SENIOR ET  
COLLEGIUM FACULTATIS THEO-  
logicae in Acad. Lipsiensis.





